

APOPHTHE  
GMATVM EX O,

PTIMIS VTRIVSQ.  
LINGVAE SCRIP-  
PTORIBVS  
PER

DES. ERA SVM  
ROTERODAMVM COL-  
LECTORVM LI-  
BRI OCTO.



VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIVM  
LYGDVNIA,  
1548.

3

# ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI IUNIORI GUIL-  
helmo, duci Cluensi, Iuliacensi, Montensi, Comiti  
Marchiae & in Rauenspurgo, &c. D E S.

ERASMVS ROTERODA-  
MVS S. D.



VONIAM priores libellos quos  
mei erga te animi uelut arrabonem quale-  
cunq; misera, tam comiter accepisti Guil-  
helme princeps iunior illustrissime, nec tu  
modo, sed et ambo clarissimi parentes tui,  
uisum est aliquid et tua nobilitate dignius, et tuis studijs, ni  
fallor, utilius adiungere. Proin ex optimis quibusq; autori-  
bus collegi, que Græci uocat Apophthegmata, hoc est, egre-  
gie dicta, quod uiderem non aliud argumenti genus princi-  
pi præsertim iuueni magis accommodum. Sunt illa quidem  
scitu dignissima, que philosophi de moribus, de repub. admi-  
nistanda, deq; bello gerendo literis prodiderunt. Sed quo-  
tocuiq; uel priuato tantum est otij, ut apud Platonem Socra-  
ticarum argutationum, ironiarum et ifagogarum amba-  
ges ac labyrinthos euoluere uacet? Aristoteles autem co-  
piose quidem scripsit de moribus, sed Philosophis scripsisse  
uidetur non principi. Dilucidiora sunt que tradidit de re  
œconomica et poliūca, sed is uir nusquam non requirit  
lectorum et attentum, et otiosum: ad hæc quoniam affe-  
ctibus caret, non perinde retinet animum principalibus  
curis intentum. Iam in philosophicis et M. Tullij de phi-  
losophia libris pleracq; sunt eius generis, ut non admodum  
referat principem ea scire: quod genus sunt que disputantur  
ab illis de finibus bonorum ac malorum, maiore subtilitate

a z quam

# APOPHTHE-

G M A T A L E P I D E Q V E D I-  
 eta, Principum, Philosophorum, ac diversi generis homi-  
 num ex Grecis pariter ac Latinis autoribus selecta, cum  
 interpretatione commoda, dicti argutiam ape-  
 riente, per Des. Erasnum  
 Roterdamum.

## APOPHTHEGMA T A L A C O N I

ca secundum ordinem literarum Graecarum.

Liber primus.

### A G A S I C L E S.



A C E D A E M O N I I quo-  
 niam scucriores erant, ac moribus in-  
 corruptioribus, belliq; gloriam potissi-  
 mum spectabant, contencabant omnes  
 artis quæ ciuium animos uidebantur  
 emasculare, & à uera uirtute ad otio-  
 sam ostentationem traducere. Nam et  
 Roma cum adhuc spiraret germanam austoritatem,  
 Graeculos professores urbe exegit. Hoc genus studijs nulla  
 Graecie pars corruptior erat quam Attica, ubi Gorgias, Ly-  
 sias, Isocrates, Prodicus, alijq; innumeris sophistæ magno cū  
 applausu populi, nec mediocri mercede garrivant.

Cum igitur Agasicli Lacedæmoniorum regi dicceret si  
 quidam, admirari se se quod cum esset audius discendi, non  
 adiungeret sibi philophancem sophistam: regali prorsus in-  
 dole respondit, Eorum, inquiens, uolo esse discipulus, quo-  
 rūsum & filius: significans nō minus interesse quos nactus  
 sis

INDEX SENT.

<b>Vota</b>	140.278	<b>Vtilitas</b>	413
<b>Vota morientis</b>	446	<b>Vtilitas uirtute potior</b>	100
<b>Vota qualia</b>	161	<b>Vtilitas ex hoste</b>	333
<b>Vota stulta</b>	215	<b>Vtilitas ex inimicis</b>	603
<b>Vox in bello</b>	403	<b>Vulgi iudicia</b>	551.557
<b>Vox modesta</b>	390	<b>Vulgi nihil sanum</b>	306
<b>Vox tyrannica</b>	432.630	<b>Vulgo nihil recte placet</b> 236	
<b>Vrbanc</b>	18.38.49.69.78.80 252	<b>Vxor casta</b>	343
<b>Vrbanitas</b>	273	<b>Vxor eligenda</b>	93
<b>Vsq; ad aras</b>	369	<b>Vxor humilis</b>	156
<b>Vsus lenit molestiam</b>	222	<b>Vxor molesta</b>	472.653
<b>Vsus reclus</b>	620	<b>Vxor quare ferenda</b>	175
<b>Vtcunq; uincere</b>	371	<b>Vxoris recuarentia</b>	448
		<b>Vxorum imperium</b>	400

F I N I S.

L V G D V N I A P V D S E B.

G R Y P H I V M,

A N N O

M. D. X L V I I I .